



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Edmvdvs Mart. 20. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

retis? Ex Menais & Menolog.

Homo redi ad Deum sic amatus à Deo, & ad illius gloriam da totum te, qui se totum propter te ad suam deduxit injuriam: & voca patrem fidem, quem tanto amore tuum probas, sentis, intelligis esse genitorem. S. Pet. Chryl, serm. 70.

S. EDMUNDVS MART' 20. Novembris,

**A**Lter EDMUNDVS rex est; altera Angliæ gloria. Hic anno DCCC. LXX. cum Iugar Danie rex, vastitate Angliæ ingenti illatâ, misisset, qui regias gazas veluti suæ jam victoriæ præmia, nã totas mallet amittere, dividere secum juberet, fortiter respondit. Nulla se latronibus stipendia numerare solitum liberam se & regem meminisse, nec aliter, cum vires starent, parvarum divitias suas quàm ferro fuisse. Nunc post lacerû regni corpus quid capiti parceret plebeio sanguine huc usque ebrîû veterius regium hausturum. Tum denique se extincto totam hereditatē adiret. Inter spolia Numinis iram, & vindictam repersurum. His in majores jam iras versus Iugar captum non regis catenis oneravit; flagris deinde servilem in modum acceptum, scopum esse militum sagittis jussit; demum caput auferri, aliter & cælo jam coronandum. Porro hoc feris in pabulum inter dumeta abjectum præclarus jam denique custos lupus tutatus est, & cum caput suâ voce se quærentibus prodidisset, etiam funus mœsto ululatu profecutus scribitur. Tyranno in lupum abeunte, lupum in hominem rediisse dixisses. Sed & caput corpori suo redditum integrumque à tabo longè post repertum ajunt; quin barbæ capitisque pilos succrescentes quotannis detonsos esse. Et dubitabimus porro virtutem

virtutem etiam post mortem vivere? Ex *Surio*.

*Sicut Christi milites, deposito corporis anima que corpore, virtutum procedamus ad campum: dedimus corpori annum, demus anima dies: impendimus nobis tempora, tempus deputemus auctori, vivamus DEO aululū, qui saculo viximus totū.* S. Pet. Chryf. f. 12.

PRÆSENTATIO B. MARIÆ V.

21. Novembris.

**H**EUS! ad spectaculum hodiernum omnes vos  
**H**in orbe parentes voco, liberos omnes. Ne  
 dubitate oculos adferre, cum, ut hos pascant, ef-  
 fundere se cælo, & convolare Superos videam,  
 videam arridesse, acclamare audiam. Ecce **TRI-**  
**MULA VIRGVNCVIA**, Iudææ delictum, patris &  
 matris amor, spes familiæ unica, unica fessæ æta-  
 tis virga, hæc inquam talis ac tanta, è parentum  
 sinu & brachiis non ad Venetis alicujus gynæ-  
 ceum, non ad nuptias, quas cunis promittere  
 amant patres, sed ad castissima vota, ad templi  
 adyta deproperat, euolatque ad aram, ipsa mox  
 templum, ipsa Numinis ara futura. Assentiuntur  
 interea Ioachimus & Anna, & filia sibi que plau-  
 dunt. Quid hinc nostras ætas! Nimirum percat  
 flos virginis, ne stirps avita: intereat pudor, ne  
 familia. Laerimentur Angeli, modò nepotes ri-  
 deant. Si vacuum incolis cælum, modò domus  
 non heredibus. Si quid pulchrum in liberis, si  
 quid ingenuum & liberale, aulæ hoc debetur  
 genio, mundi servitio mancipatur & carnis am-  
 plexibus. At si quid monstri nascitur illud de-  
 mum, ajunt, in claustra Religiosa (desertas insulas  
 cogita) exportetur. Si quid bardum, blæsum lu-  
 scum, claudum, hoc hoc cellâ occultetur, silentio  
 monastico